

Übersetzen Sie den folgenden Text (I.) in angemessenes Deutsch und bearbeiten Sie die der sprachlichen Erläuterung dienenden Aufgaben (II.)!

### I. Text

1     *Narrare vero rem quod breviter iubent, si brevitas est appellanda, cum  
2     verbum nullum redundat, brevis est L. Crassi oratio; sin tum est brevitas,  
3     cum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est; sed  
4     saepe obest vel maxime in narrando, non solum quod obscuritatem adfert,  
5     sed etiam quod eam virtutem, quae narrationis est maxima, ut iucunda et ad  
6     persuadendum accommodata sit, tollit. Viden illa:*  
 7     *Nam is postquam excessit ex ephebis . . . .*  
 8     *quam longa est narratio! Mores adulescentis ipsius et servilis percontatio,  
9     mors Chrysidis, voltus et forma et lamentatio söroris, reliqua pervarie  
10    iucundea narrantur.*  
 11    *Quod si hanc brevitatem quaesisset,*  
 12     *Effertur, imus, ad sepulcrum venimus,  
13     in ignem impositast,*  
 14     *decem versiculis totum conficere potuisset; quamquam hoc ipsum „effertur,  
15     imus,“ concisum est ita, ut non brevitati servitum sit, sed magis venustati.  
16     Quod si nihil fuisset nisi „in ignem impositast“, tamen res tota cognosci  
17     facile potuisset. Sed et festivitatem habet narratio distincta personis et  
18     interpuncta sermonibus, et est et probabilius, quod gestum esse dicas, cum  
19     quem ad modum actum sit exponas, et multo apertius ad intellegendum est, si  
20     constituitur aliquando ac non ista brevitate percurritur. Apertam enim  
21     narrationem tam esse oportet quam cetera; sed hoc magis in hac  
22     elaborandum est, quod et difficilius est non esse obscurum in re narranda  
23     quam aut in principio aut in argumentando aut in perorando; et maiore  
24     periculo haec pars orationis obscura est quam ceterae, vel quia, si quo alio  
25     in loco est dictum quid obscurius, tantum id perit, quod ita dictum est,  
26     narratio obscura totam occaecat orationem, vel quod alia possis, semel si  
27     obscurius dixeris, dicere alio loco planius, narrationis unus est in causa  
28     locus. Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum  
29     servato, si non interrupte narrabitur.*

### II. Aufgaben

1. Geben Sie eine syntaktische Analyse der Periode *Sed et ... percurritur* (Z. 17-20)!
2. Erläutern Sie Wortbildung und semantisches Spektrum von *occaecat* (Z. 26) und *interrupte* (Z. 29)!